



**R.P. Ioannis De Lvgo Hispalensis, É Societate Iesv, In
Collegio Romano Eivsdem Societatis Olim Theologiae
Professoris, nunc S. R. E. Cardinalis, Dispvtationes
Scholasticae, & Morales, De virtute, & ...**

Lugo, Juan de

Lvgdvni, 1666

II. De partibus Sacramenti Pœnitentiaæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82358](#)

SECTIO II.

De partibus Sacramenti pœnitentiaæ

OMISso errore hereticorum nostris temporis, qui non solum negant confessionem, satisfactionem, & dolorem esse partes huius Sacramenti, sed etiam requiri ad illud contra quos diversa sentientes latè agit noster Bellarmius, lib. 1. de pœnit. c. 18. & seq. inter Catholicos non est eadem sententia circa partes huius Sacramenti.

Primo enim Scorus in 4. d. 16. quest. 1. & alij dicunt solam absolutionem esse de inregitate huius sacramenti, quæ sententia distat longè ab errore Calvini, & Melanctonis: hi enim, teste Decano art. 11. pag. 26. & alij heretici teste Lindano 4. panop. c. 61. dicunt non requiri confessionem, satisfactionem vel contritionem, cum tamen Scorus dicat requiri.

Seconda sententia dicit, hoc Sacramentum constare ex confessione, & absolutione, ita Dur. d. 14. q. 3. & disp. 16. q. 1. & Palarioris ibi.

Tertia sententia dicit, partes esse contritionem, confessionem, & absolutionem, ita Marilius in 4. q. 10. art. 1. cui videtur fauere Pighius contr. 9. fol. 18.

Quarta sententia est, quod partes sint, contritio, confessio, & satisfactio, non verò absolutione. Hanc tribuit Suarez Soto in 4. d. 14. q. 1. quia hoc Sacramentum est pœnitentia, absolutione autem non est pœnitentia.

Quinta sententia docet, partes esse confessionem, & satisfactionem; nam contritio cum sit spirituialis non est sensibilis, ita Gabriel d. 14. q. 1. art. 1. & Altisidor. apud Carthusian. d. 14. q. 1.

Sexta, & communis, ac vera sententia docet, hoc Sacramentum constare ex materia, & forma, formâ quidem esse verba Sacerdotis *Ego te absoluo;* & eis materiali verò actus pœnitentis, qui sunt contritio, confessio, & satisfactio.

Hanc tenent Theologi communiter cum S. Thoma in presenti q. 84. art. 1. quos refert Suarez disp. 18. fol. 1. & 3. idem docent controverstæ Ruardus Taper. art. 1. fol. 172. Lindanus vbi supra c. 64. in fin. Roffensis art. 5. Calfro verbo *Pœnitentia heresi* 1. Canisius de Pœnitent. c. 3. Vegalib. 1. 3. in Tridentinum t. 5. Bellarm. vbi sup. & alij.

Pro huic sententia explicatione notandum est primò, ex Ricardo, & alijs in hoc Sacramento duplum compositionem possit considerari. Prima est ex signo, & significacione; nam in omni Sacramento inuenimus id quod assumitur ad significandam gratiam, & ipsa significatio, seu institutio, & potestas significativa; & in hoc sensu significatio, seu institutio est forma, reliqua verò omnia, & ipsa etiam absolutione sunt materia, quia ea omnia affluntur, & inquituntur ad significandam gratiam. Secunda compositione potest considerari in ipsa materia significante; nam hac etiam componitur rursum ex materia, & forma, scilicet, ex actibus pœnitentia, tanquam materia, & ex verbis Sacerdotis, tanquam forma, sicut etiam in baptismō ablutione est materia, & verba sunt forma, utraq; autem est materia respectu alterius formæ ulterioris, que est significatio gratia. Nunc ergo non agimus de priori compositione, sed de posteriori.

Notandum secundò, materialiam Sacramenti adhuc in secunda consideratione sumptum posse dupliciter accipi, nempe pro materia proxima, & pro materia remota. Sic in baptismō materia proxima est ablutione, remota verò est aqua. In pœnitentia vero materia remota dicuntur peccata, proxima vero

dolor de ipsis, confessio eorum, & satisfactio pro ipsis. An verò ipsa peccata, quæ sunt materia remota, intrent ad componendum etiam intrinsecè hoc Sacramentum obire indicabitur.

Notandum tertio, quando quaerantur partes Sacramenti pœnitentia, duplum adhuc posse esse questionis sensum. Primus est, quæ sunt partes, ex quibus Sacramentum hoc adæquatè sumptum in ratione sacramenti componitur, sive illæ in recto significentur, sive in obliquo; non enim repugnat, (vt vidimus disp. 1. de Sacramentis in commun. scđ. 1.) aliquam esse partem alicuius concreti, quæ tam per nomen illud non significetur in recto nam albū in recto solum significat subiectum regulariter loquendo, & albedinem in obliquo, licet albedo sit pars intrinseca albī ve albī, reduplicative accepta. Et in hoc sensu quare potest de partibus intrinsecis huius Sacramenti, sive illæ importentur in recto, sive in obliquo per nomen *Pœnitentia*. Secundus sensus questionis esse potest, pro quo supponat in recto Sacramenta pœnitentia, pro sola absolutione, & non pro sola confessione, &c. an pro omnibus illis aequaliter? Nunc quæstus procedit in primo sensu, postea verò scđ. seq. dicemus aliiquid de secundā etiam sensu ad pleniorum rei explicacionem.

His ergo suppositis dicimus primò, formam huius sacramenti, nempe verba Sacerdotis, esse partem illius intrinsecam. Hec est contra quartam sententiam, licet fortasse Sotus non intendat excludere formam ab essentia Sacramenti, sed solum quod hoc Sacramentum, eo quod appellatur nomine *pœnitentia*, non supponat in recto pro absolutione, sed solum pro actibus pœnitentie, connotando tamen absolutionem in obliquo, de quo punclo dicemus postea.

Nunc ergo posita conclusio probatur primò, ex Concil. Florent. in decreto Unionis, & ex Trident. scđ. 14. x. 1. ex Concil. Colonien. & Mogunc. c. 1. in fine, ex Confessione Polonica c. 45. & probatur aperte, quia potest omnibus aliis, & deficiente absolutione, non datur Sacramentum, ergo absolutione est aliiquid intrinsecum complem̄, & componentes Sacramentum, alioquin enim non potest non esse Sacramentum sine absolutione, quia tunc datur aliiquid, cum datur totum eius esse intrinsecum, seu cum nihil intrinsecum ei deest; si ergo deficiente sola absolutione, non datur Sacramentum, sequitur dare absolutionem esse aliiquid intrinsecum.

Confirmatur primò, quia absolutione est id, quod potissimum significat, & operatur remissionem peccatorum, vt patet ex verbis, quibus profertur, & ex potestate Ministri à qua oritur, ergo ipsa est postrema pars Sacramenti, ut Sacramentum est: Sacramentum enim est signum sensibile, & efficaciter.

Confirmatur secundò, quia non potest esse forma Sacramenti, nisi esset pars illius: forma enim non concurret, nisi informando, & componento cu[m] materia aliiquid totum resultans ex utraque: Ergo forma sacramenti componit intrinsecè ipsum Sacramentum.

Nec obstat, Sacramentum hoc appellari *pœnitentiam*; quia in primis aliquando etiam communiter sicut à forma sola, & appellatur *Sacramentum reconciliationis*, quia per illud sacerdotes reconciliant peccatorem Deo, & quidē non est nouum quod nomine Sacramenti defumatur ab eius parte: sic enim confirmatione solet dici *Chrismata*, & baptismus nominatur à sola ablutione, quæ est materia, & extrema unctione similiter à sola materia, & sicut de aliis.

Dices, ergo, non sunt partes huius Sacramenti sola, contritio, confessio, & satisfactio, quæ tamen sicut à Trid. numeratur scđ. 14. can. 4. & in Bulla Leon. X. contra

varia sententia de partibus Sacramenti pœnitentiaæ.

K2.

K3.

K4.

contra Lutherum, vbi damnatur quintus Lutheri articulus dicentis non esse has tres partes Sacra-
menti pœnitentiae.

Respondeo, In his locis non numerari omnes
partes intrinsecas Sacramenti pœnitentiae, neque
enim ibi assignatur significatio, que tamen est pars
intrinseca Sacramenti in ratione Sacramenti, ut
vidimus: solum ergo numeratur partes materiae Sa-
cramenti ut constat ex decreto Eugen. & ex Tri-
dentino dicta scilicet 14. cap. 5. vbi illæ dicuntur so-
lum partes materiae Sacramenti, ultra quas tamen
ponitur ibi forma, que est absolutio Sacerdotis. Ce-
terum communiter loquendo, quando fit mentio
de partibus pœnitentiae, illæ tres solum assignantur,
quia partes integrales, que sequuntur extensionem,
autem habent ex materia, que est radix extensionis,
quare dum loquimur de partibus integrantibus
hoc Sacramentum, assignamus illas, quæ sunt par-
tes materiae, non loquendo de formalibus, in rigor-
e loquendo, alia etiam sint partes formales, nem-
pe absolutio, & significatio.

Dico secundum: nec sola absolutio, sed etiam
Confessio, & contrito componunt intrinsecum hoc
Sacramentum.

Probatur ex eisdem Conciliis, & dicta etiam Bul-
la Leonis X. vbi haec dicuntur partes Sacramenti
pœnitentiae: quare Scotti sententiam negantem, illas
esse partes intrinsecas, sed solum requiri tanquam
dispositiones, non pauci Theologi grauiori censura
afficiunt. Caet. infra quest. 90. art. 2. ait, esse erroneum
alij dicunt, esse temerariam; alij plusquam teme-
rariam. Alij in bonum sensum conantur Scotti verba
trahere, ut Angles, qui dicit, Scotum non negasse,
illas esse proprie intrinsecas, sed solum negasse, es-
se proprie partes materiae, quod videatur iuxta modum
loquendi Florentini & Tridentini: vbi di-
cunt illa quasi materia. Alij dicunt, Scotum solum
velle, quod Sacramentum non supponat in recto pro
illis, sed solum pro absoluto, connotando alias
partes in obliquo. Alij, ut Vega, 13. in Trident. cap.
15. quod Scottum non negat, illas esse partem integralē,
sed solum negat esse partem essentialem. Haec tamen
explicationes difficultate aptantur Scotti verbis, ut con-
siderant patebit.

Ratione item supra facta probatur conclusio,
qua posita absolutione, si desit omnis confessio,
& dolor de peccatis, non datur Sacramentum, ergo
non est sola absolutio totum esse intrinsecum
huius Sacramenti.

Dices, non quamcumque absolutionem suffi-
ce, sed absolutionem peccati per confessionem dol-
orofam explicari.

Sed contra, quia iam in hoc ipso includit confes-
sionem, & dolorem, tanquam partes sacramenti in-
trinsecasnam includit absolutionem, non quam-
cumque, sed à peccato per confessionem doloro-
fam explicato: Absolutio autem illa; propterea sic
constituitur formaliter ab ipsa confessione, & dolore
precedente; nam ab illis habet formaliter,
quod denominetur absolutio peccati cum dolore
confessi: ergo si absolutio, propterea denominata
intrat ad constituentem Sacramentum; necesse
est, quod intret illa, à quibus formaliter deno-
minatur talis illa absolutio.

Obiicias primò, ex hac ratione sequi, non solum
confessionem, & dolorem, sed etiā peccata ipsa debere
intrare ad constituentem intrinsecum hoc Sacramentum.
Nam confessio etiā cum dolore, & absolutione nō
sufficit ad constituentem Sacramentum, nisi
re ipsa præcesserint illa peccata, de quibus homo
se accusat. Si enim aliquis putans, se commissus
aliquid peccatum, quod re vera non commisit,

P. Ioan. de Lugo, de Pœnitentia.

confiteatur solum illud cum dolore, & absoluatur,
non sit Sacramentum; ergo confessio, & dolor non
constituent hoc Sacramentum, nisi quatenus sine
de peccato, quod re vera extitit. Hanc autem dé-
nominationem confessionis, & doloris de peccato
vero habent formaliter ab ipso peccato præteri-
to, neque enim est alia forma, à qua possint ha-
bere talern denominationem: Ergo si non com-
ponunt Sacramentum, nisi propterea habent talern
denominationem; oportet, quod forma denominans,
seu peccatum ipsum præteritum intererit etiam
partialiter ad compendendum intrinsecum hoc Sa-
cramentum, atq; adeò non erunt materia illæ solum tres
partes à Concilio posite, sed etiam peccata ipsa pre-
terita.

Respondeo, physicè loquendo negari non posse,
qui præteritio peccati aliquo modo intret saltem
in obliquo ad constitutendum Sacramentum hoc, ut
omnino videatur conuincere argumentum factum, neq;
id esse contra mentem Conciliorum assignantium
pro materia illorum tres actus pœnitentiae, nam in illis
includant peccata in obliquo: quando enim assi-
gnatur pro materia confessio, & dolor de peccatis,
intelligitur de peccatis veris, nam peccata facta non
sunt simpliciter peccata, cum ergo materia sit dolor
de peccatis veris, hoc est, quod verò extiterunt, dolor
autem de peccatis veris includatur obliquo ipsa pec-
cata à quorū præteritione vera deauminatur nunc
dolor de peccatis veris, &c. Consequens est, quod
ipsa peccata præterita includantur in materia, que
assignatur in Conciliis, in modo frequentissime ipsa
peccata appellantur materia huius sacramenti. So-
lent tamen appellari materia remota; quia sicut li-
gnus dicitur materia remota ignis, ad causam produc-
tionē destrutus lignum, sic in sacramento pœnitentiae,
peccata, quorum distinctione intenditur per hoc
Sacramentum, dicuntur eius materia remota, licet re-
vera illorum existentia præterita debeat intrare in
obliquo ad denominandam materiam proximam
in ratione talis materiae proximæ.

Dices, absque eo, quod intret peccata ipsa, pos-
se intelligi essentia sacramenti, si intelligamus co-
fessionem ortam ex scientia, seu memoria peccati: nō
potest enim esse confessio orta ex tali scientia quin
re vera supponatur peccatum: ergo quoties datur
confessio orta ex tali scientia, & dolor, datur mate-
ria Sacramenti nec, oportet quod ipsa intret ad
compendendum sacramentum.

Sed contra hoc est? quia in primis non omnis
confessio oritur ex scientia, aut ex memoria cui-
denti peccati præteriti, nā s̄pē confitemur peccata
dubia, vel quorum solum probabiliter recorda-
mur, quæ memoria, & confessio ex illa orta non
videntur supponere necessariò præteritionem pec-
cati. Præteritum cum posuit haberi illa notitia pec-
cati, per motu extinseca, verbi gratia, si ali-
quis tibi dicit, te olim fecisse tale peccatum, cu-
ius tu non recordaris: & propter fidem, quam il-
li adhibes, confiteris illud peccatum, quæ con-
fessio, & notitia interna, quam habes de pecca-
to, eadem omnino efficit, si peccatum re vera non
exitisset: ergo confessio orta præcisè ex tali no-
titia secundum se non sufficit ad compendendum
sacramentum, sed debet intelligi confessio orta
ex notitia vera peccati præteriti: hoc autem, quod
est esse notitiam veram videtur includere pec-
cam præteritum, à quo denominatur vera no-
titia, quæ de se, & intrinsecè indifferens est, ve-
rità, vel falsa.

Addo, potuisse saltem de potestate Dei absolu-
ta generari notitiam quæcūque evidentem, ea scilicet cui-
denta, quæ habetur per sensum, circa aliquod
peccatum.

peccatum saltem externum, licet et vera illud peccatum externum non fieret, atque a deo non posset esse materia sacramenti. Ergo quando est materia, non intrar sola notitia peccati: sed ipsum etiam peccatum in obliquo quo verò deficiente, & ceteris omnibus positis non est materia valida, confessio illius peccati, quoad illam partem.

26.

Denique a priori, & vniuersaliter etiam, quando confessio procederet ex memoria, aut notitia metaphysicè certa, aut evidenter peccati præteriti probari potest ex dictis, intrare aliquo modo ipsum etiam peccatum, seu eius præteritionem; quia si debet intrare notitia peccati, ut vera, debet intrare id, per quod talis notitia constituitur in ratione notitia verae. Cognitio autem vera, etiam illa, quæ est per suam essentiam vera, qualis est actus fidei, aut assensu eidens evidenter metaphysica, constituitur vera ex duplice capite; primo per propriam entitatem per quam exigit essentialiter conformitatem cum obiecto: secundo per ipsammet existentiam, vel præteritionem obiecti tanquam per formam extrinsecam: cùm enim cognitionem esse veram, sit esse conformem cum obiecto, ab illa forma denominabitur formaliter vera, à qua denominatur formaliter conformis obiecto: habet autem hanc denominationem eiusmodi cognitio à duplice forma, altera est intrinseca, scilicet propria essentia per quam haber ordinem essentialiem ad obiectum, quod ita sit, prout affirmatur: altera est extrinseca, scilicet, obiectum ita est, quia esse conformem obiecto, est affirmare v.g. Petrum heri peccasse, & re vera Petrum heri peccasse, sicut affirmatur: ab eo, ergo, quod res ita fuerit, proposito dicitur, & denominatur formaliter vera, vt dixit Aristot. ergo de primo ad ultimum, si notitia peccati, ut vera intrat ad componendam materiam sacramenti; id totum, per quod formaliter constituitur vera, poterit intrare sacramenti compositionem.

27.
Intention an
si pars?

Obicies 2. Propter eandem, aut maiorem rationem debuisse assignari pro materia intrinseca huius sacramenti intentionem, qua pœnitens vult recipere absolutionem: nam sine hac intentione fieri ponantur cetera omnia, non sit sacramentum validum, ut constat.

28.

Respondeo, eam intentionem intrare procul dubio ad componendum sacramentum partialiter propter eandem rationem, licet in hoc aliquantulum dubitet P. Vasquez in praesenti q. 84. art. 1. dub. 2. m. 11. Illa tamen intention subintelligitur nomine confessionis; nam accusatio voluntaria pœnitentis est volitio obtinendi sententiam à Iudice, & per consequens intentio recipiendi sacramentum, quod per absolutionem perficitur.

Obicies tertio, quia in aliis sacramentis actus illius, qui sacramentum recipit, non sunt pars sacramenti verbi gratia, in ordinatione acceptio libri quem Episcopus tradit, quatenus se habet ex parte ordinantis, non est pars sacramenti, sed traditio, quatenus se habet ex parte ordinantis, & sic de aliis, ergo nec in hoc sacramento debent actus pœnitentis assignari pro materia.

29.

Respondeo: Ino etiam in aliis sacramentis (excepta Eucaristia, in qua ante eius usum datur ratio sacramenti) actus requisitus essentialiter ex parte suscipientis sunt pars, & materia sacramenti, nam in Ordine non solum traditio actus, sed receptio passiva sunt materia sacramenti; & sic de aliis: Vnde non est hoc peculiare in sacramento pœnitentiae.

Dices; Ergo non minus ipse pœnitens confert sibi gratiam, quam sacerdos qui eum absoluit, conferat, & per consequens pœnitentis etiam poterit dici

minister sacramenti, siquidem ponit partialiter id, quod causat gratiam sacramentalem, atque eadem ratione poterit dici ipsum absoluere, quid enim aliud est absoluere, nisi auferre vincula peccatorum, quod sit causando gratiam, quæ expellit peccata? cura ergo pœnitentis causer gratiam mediis suis actibus, dicetur etiam absoluere se media illa gratia; hic tamen omnia sunt absurdum, pater.

Respondi potest, negando sequelam; quia licet actus pœnitentis sint partes sacramenti, non requiriunt, quod omnes sacramenti partes causent gratiam, sed sufficiat, quod illam causer sacramentum per aliquam sui partem, hoc autem sacramentum causat gratiam per solam absolutionem Sacerdotis, in quo est potestas clauis ad absolucionem, ac ad destruenda peccata, ita videtur sentire plures, quos affect Suarez diff. 8. sect. 2. m. 11. qui dicit,

hanc esse solutionem probabilem.

Ceterum in nostra sententia negante sacramentis in fluxum physicum ad gratiam, difficile explicabitur, quomodo illæ aliae sint partes essentiales sacramenti, & non causent moraliter gratiam. Nam causare moraliter gratiam, est mouere Deum ad dandam illam: Deus autem non mouetur à solis verbis Sacerdotis ad dandam gratiam; positis enim verbis solis absque aliis requisitis, non conferat gratiam, ergo mouetur etiam à confessione, & dolore, pœnitentis, & per consequens haec etiam cauere moraliter gratiam.

Dici potest, Deum aliter moueri à confessione, & contritione, & aliter ab absolutione: nam ab hac mouetur, tanquam à verbis, & operatione Christi, quiloquitur, & operatur per suum ministri, aeo sunt verba, habent virtutem efficacem & vites condignas ad mouendum. Deum A confessione verò, & dolore, cum non sit vlo modo actions Christi, nec ministri operantis nomine Christi mouetur tanquam ab aliquo habente non quidem vires, & efficaciam; sed solum aliquam exiguum congruitatem ad mouendum, aeo sola absolutione est, quæ habet virtutem simpliciter ad causandum moraliter gratiam, & ad mouendum Deum.

Sed contra hoc est, quod verba absolutionis non mouent, nec habent virtutem mouendi Deum, nisi quatenus sunt verba Sacerdotis loquentis ex delegatione & nomine Christi. Verba autem illa non sunt talia secundum se; nec quoties à Sacerdote proferuntur: si enim confessio nulla prædat, aut nullus dolor; Sacerdos proferuntur verba, nihil facit, nec operatur nomine Christi, quia Christus non dedit illi potestatem absolvendi, aut loquendi eius nomine, nisi in tali casu, quando scilicet præcederet confessio dolorosa; igitur verba illa in tantum proferuntur hic, & nunc nomine Christi, in quantum præcedit confessio, & dolor: ab his enim actibus denominantur partialiter verba illa quæ sunt verba Christi: si ergo verba illa non mouent Deum nisi sunt verba Christi: nec sunt verba Christi, nisi quatenus denominantur ab actibus pœnitentis, sequitur de primo ad ultimum quod non mouent Deum, nisi propter denominantur ab actibus pœnitentis; ac per consequens ipsos actus pœnitentis debere intrare partialiter ad componendum non solum sacramentum, sed etiam id quod in sacramento mouet Deum, in ratione talis motui, ut constat: Vnde partialiter integrabunt virtutem causatiuam moralem, quæ est in sacramento.

Alij ergo quibus consentit Suarez ibi, & P. Coninx in praesenti diff. 4. dub. 4. in fine, dicunt, actus etiam pœnitentis causare gratiam sacramentalem, non

non tamen secundum se consideratos, sed propter eleuantur a sacerdote per potestatem clauium, ad hoc, ut sint partes sacramenti, & conferant gratiam; quare tota actiuitas tribuitur ipsis verbis, a quibus diminat actiuitas in ceteras partes.

Hec tamen solutio videtur pati eandem difficultatem quia verba sacerdotis secundum se, ut vidi-
mus, non habent hanc potestatem sed solum, ut con-
siderant esse verba Christi dicta per suum mini-
strum loquente ex potestate a Christo accepta:
sed verba illa non sunt talia, nisi propter dicta post
confessionem dolorosam, & propter ab illa denominatur:
Ergo non possunt eleuare confessionem, & do-
lorem, nisi propter denominantur ab ipsa confessio-
ne, & dolore, & per consequens propter includant co-
fessionem, & dolorem, haberent virtutem eleuandi
confessionem, & dolorem; quod est aperte falsum;
tunc enim elevatio illa proueniret partialiter ab
ipsis actibus penitentis, quod repugnat, nihil enim
potest se ipsum eleuare ad aliquid operandum.

Ad obiectiōnē ergo fatidum est actus penitentis,
concurre partialiter ad caufandam gratiam,
tanquam partes scilicet illius virtutis morti-
ue, qua verba sacerdotis mouent Deum, quia verba
secundum se, te dixi, non habent talem virtutē
completam, sed ut à talibus circunstatim, & actibus
penitentis denominantur esse verba prolatā
ex potestate, & auctoritate Christi: Ceterum hoc
non sufficit, ut penitens ipse dicatur sibi ministrare
hoc sacramentum, tum quia minister in rigore
loquendo importat distinctionem inter ministrum,
& eum, cui minister: sicut enim nemo propriè ser-
uī sibi, sic nec minister: quare in iis sacramentis,
in quibus debet intervenire persona diversa à
suscipiente, illi conuenit appellatio ministeri sim-
pliciter, & absolute: Vnde in sacramento Matrimo-
niū unus coniux dicitur ministrare alteri sacra-
mentum, non sibi, tum etiam quia, qui produci-
materiam, non soler dici producere compositum:
materia enim de se est magis indifferens, hic etiam
qui produceret species panis, ex quibus postea
confas sacramentum Eucharistie, non dicitur pro-
ducere sacramentum Eucharistie, hæc enim de-
nominatio tribui solet illi soli, qui producit, vel
vntiformam.

Deinde multo minus penitens dicitur absolute
se ipsum: quia absolutio est actus habentis au-
toritatem ad iudicandum, vel dimittendum, pe-
nitens autem non habet talem auctoritatem, ut
confas solum potest ponere illas actiones quæ
partialiter concurrent ad denominandum Sacer-
dotem absoluente nomine Christi: quando ipse
profert verba absolutionis; eadem enim actio tri-
buit diuersam denominationem diuersis subiectis
iuxta eorum capacitatē diuersam eandem scilicet
confessio denominat penitentem confitentem, &
eadem sacerdotem proferentem verba denominat
absoluentem nomine Christi, quia Christus non
dedit auctoritatem sacerdoti absoluente suo no-
mine, nisi penitentem confessum, &c. quam au-
toritatem cum non dederit penitenti, non de-
nominabit ipse absoluens, sed confessus, & po-
nens aliquid à quo partialiter sacerdos denomine-
tur absoluens nomine Christi.

Denique nec in rigore loquendo dicitur penitentis
conferre sibi gratiam in sensu proprio, & stricto:
poterit quidem dici causans aliquid, quod par-
tialiter concurredit ad gratiam, poterit etiā dici causa,
quod sacerdos de illi gratiam per sua verba, atque
ad eo poterit dici aliquo modo causare in se gratiam,
non tamen dare, vel conferre, stricte loquendo,

P. Joan. de Lugo de Penitentia.

quia hæc verba, quando ad personas rationales ap-
plicantur, non solente usurpari nisi de persona, quæ
in sua potestate, & dominio habeat illud, quod
dat, saltem si id, quo dari dicitur sit remissio, aut
venia iniuria: Sicut enim non dicitur remittere
debitum, vel offensam, nisi creditor, vel offensus,
aut eius procurator; sic nec dicitur propriè dare
remissionem, aut veniam, vel reconciliationem,
aliquin ille etiam, qui petit veniam ab alio, dice-
retur dare sibi veniam, quia est causa, quod alter
der veniam; hæc tamen pectinent ad modum lo-
quendi, quare si rectè explicetur, poterit sine in-
convenienti admitti, quod penitens per suos actus
confert aliquo modo sibi gratiam diuinam, qua-
tenus est causa, quod conferatur.

Dices, ergo eodem modo concedi debet, quod
peccata præterita mouent Deum, & causant mora-
liter gratiam huius sacramenti, qui hac non cau-
sat à verbis sacerdotis, nisi quatenus illa verba
proferuntur ab ipso nomine Christi: proferri autem
nomine Christi; est proferri post confessionem
dolorosam peccati veri, & non facti, ut supra
probatum est; ergo peccata ipsa integrant partialiter
verba illa in hoc, quod est esse verba Christi
per eius ministrum, & per consequens habentia
efficaciam ad mouendum Deum, ergo saltem par-
tialiter mouent Deum & causant etiam moraliter
gratiam præsentem.

Respondeo peccata secundum se considerata non
mouere Deum, nec causare moraliter gratiam, ca-
dem tamen peccata, propter cum confessione, do-
lore, & absolutione integrant verba sacerdotis, ut lo-
quens nomine Christi in ratione talium posse
partialiter mouere, seu esse partem illius aggredi-
ti quod per modum totius mouet Deum ad dan-
dam gratiam: in quo nullum est absurdum: nam
actus etiam in honestus, ut in honestus est, & malus
moraliter displaceat Deo, & mouet ad indignationem
& supplicium, actus autem vi malus moraliter
includit etiam cognitionem, seu regulam ratio-
nis dictantis oppositum, quæ quidem regula, seu
cognitionis, non displaceat Deo, sed placet illud tam
totum, quod resultat ex cognitione, & volitione
objeci turpis displaceat Deo & mouet ad suppli-
cium per modum totius: sic ergo in præsenti ē
contra, licet peccata secundum se disapplicant Deo,
nec mouent ad dandam gratiam: totum tamen
quod resultat ex peccatis præteritis, confessione,
dolore, & absolutione præsenti, mouet Deum ad
dandam gratiam, quia hæc faciunt, quod verba illa
sunt verba dicta nomine Christi, & per consequens
habent efficaciam ad mouendum Deum.

Obiecties quartæ: Partes Sacramenti debent esse
sensibiles. Contrito autem, vel dolor, non est sen-
sibilis; cdm sit actus internus; ergo contrito non
est pars intrinseca Sacramenti, sed aliquid extrin-
secum, requisitum tamen ex Christi institutione
ad Sacramenti valorem.

Respondeo, non posse contritionem esse requi-
sitam ad valorem Sacramenti, nisi sit pars Sacra-
menti; si enim non est pars, ergo non posita con-
tritione, & positis omnibus aliis, iam essent omnes
partes Sacramenti intrinseca, & per consequens
iam esset Sacramentum, cum non possit dari totum
esse intrinsecum aliquid compotū, quin detur
etiam illud compotū, ergo si tunc non datur
Sacramentum, ideo est, quia deest aliquid intrinsecum
Sacramento: nihil, autem deest præter contri-
tionem; ergo hæc non est extrinsecum requisita, sed
aliquid intrinsecum Sacramento.

Ad obiectiōnē igitur, Respondeo facile, con-
tritionē non esse sensibilem in se, fieri tamen sen-
sibilem

37

38

39

40

P. 3

sibilem p̄t confessionem, quod sufficit ad hoc, ut sit pars Sacramenti, sicut in Eucharistia corpus Christi est pars principalis Sacramenti, & tamen secundum se non est sensibile, sed per species partis & verba consecrationis, ut vidimus in Tomo præcedenti.

Quomodo autem ex institutione huius Sacramenti inferatur necessitas doloris ad eius valorē, dicemus postea agentes de contritione, & dolore in particulari.

40.
Satisfactio
est pars.

Dico tertio: satisfactio est pars non essentialis, sed integralis, componentis intrinsecè materiam huius Sacramenti; per partem essentialē intelligimus eam, sine qua non potest dari essentialē Sacramentū; per partem vero integralē illam, sine qua datur quidem Sacramentum essentialiter, non tamen omnino integrum: sicut datur homo essentialiter, absque utroque pede, non tamen integer, & perfectus. Conclusio in hoc sensu est communis, quia licet negari videatur ab aliquibus dicentibus satisfactionem non esse partem Sacramenti, intelligit tamē possunt de parte essentialiter requisita, non verò de parte aliquo modo integrante, & completere Sacramentū. Probatur autem ex decreto Eug. & Tridentini supra citatis, assignantibus illas tres partes in materia, contritionem, confessionem, & satisfactionem. Ratio vero est, quia hoc Sacramentum ordinatur ad completam remissionem peccati, quare non solum operatur remissionem à culpa per absolutionem, sed etiam à pena, quod fit quando impletur satisfactio imposta, ergo ipsa satisfactio erit pars Sacramenti operantis illos effectus.

Contra hanc conclusionem plura possunt obici, Primo pars Sacramenti debet esse aliquid sensibile; satisfactio autem potest esse aliquid spirituale, potest enim imponi pro penitentia meditatio, vel oratio mentalis per horam: ergo satisfactio non est pars Sacramenti penitentiae.

Almainus n. 4. diff. i. q. 1. & Alex. Aenfis 4. part. q. 8. 4. memb. 1. art. 1. dicunt, non posse imponi penitentia sacramentalē merē internā, vel propter rationē factam, vel quia humana preceptū non soleret esse de acte merē interno. Communis tamen sententia concedit, posse imponi talē penitentia, quia licet nō sit sensibilis per se erit tamen sensibilis per aliud, scilicet per preceptū confessarij, & acceptiōne penitentis, sicut dicebamus, Contritionem de se insensibilem fieri sensibilem per confessionem.

Nec obstat, præcepta humana esse debere de operibus externis, id enim intelligitur in foro humano, in quo nec etiam puniuntur delicta merē interna in hoc foro sacramentali, in quo delicta etiā merē interna puniuntur, & inquiruntur; non minus si pena etiam merē interna imponatur: De hoc tamen in disputatione de satisfactione.

Secundo obiciuntur, quia materia debet antecedere formam: satisfactio autem non antecedit; sed subsequitur formam huius Sacramenti, ergo non est pars materiae.

Propter hoc quidem Petrus de Osma dixit, satisfactionē debere impleri ante absolutionē, quem titum obseruari solitū fuisse olim à Gracis, saltem in absolutione publica, refert Palatius dist. 15. quest. 1. ex Niceph. libro. 11. capite 26. Hunc tamen tanquam errorem refert Sixtus IV. in Bulla contra illū Petru de Osma, nam licet possit satisfactio expleri ante absolutionē, ut notat Sylvest. verbo Confessio 1. s. 24. Id tamen nō est necessarium: nec, oportet semper omnes partes materiae præcedere ante formā. Sic enim iudicio humano exequitio multæ sequitur post sententiā, & in composito humano post infusionē animæ accrescent dentes, capilli,

& alia multæ partes per continuam nutritionem & in aliis Sacramentis potest prius proficeretur, & immediate post applicari materia, ablutione, verb. grat. vel vñctio, &c. poruit ergo similiter forma præcedens informare satisfactionem subsequenter.

Sed contra hanc communem solutionem virgini adhuc potest, quia si satisfactio est materia partialis, oportebit assignare aliam formam partialiem illi correspondentem; Nam forma illa *Ego te absolu* me, &c. non determinat sufficienter hanc materiam ad effectum Sacramentalem: potest enim aliquis post absolutionem iejunare absque eo quod iejunium sit satisfactio sacramentalis, quando scilicet non fuit illi iejunium à confessario impositum: ergo præter verba absolutionis requiriuntur etiā verba, quibus confessarius imponit iejunium in penitentiam. Sive his enim verbis iejunium non significat sufficienter affectum sacramentalē. Ergo haec verba, quibus imponitur penitentia, sunt forma respectu huius materie partialis, quia est satisfactio, & per consequens verba illa, *Ego te absolu* me, &c. non esse forma adæquata huius Sacramenti, sicut nec contrito, & confessio sunt materia adæquata, & integra.

Respondeo, negari non posse quod in hoc Sacramento includantur verba formalia, vel virtutia, quibus à sacerdote penitentia imponitur. Nam satisfactionē nō est pars huius Sacramenti, sed vt imponita à sacerdote, à quo elevatur ad effectū ex operato præstandum, elevatur autem, quatenus imponitur ab ipso, vt Christi ministero, ergo illa impositio penitentiae debet esse aliquid intrinsecum Sacramento. Dixi autem requiri verba illa formalia, vel virtualia: quia licet absolutio sacramentalis debeat omnino fieri per vocem, & verba formalia, impositio tamen penitentiae posset fieri per nutum, vt contingit, quando penitentia est omnino fudus, cui per nutum significatur penitentia, quam debet præstare: illi autem nutus sunt verba virtualia, cum æquivalent vocibus, & illi etiam nutus erunt aliquid intrinsecum Sacramento, nostra verba, nec formalia, nec virtualia sunt forma etiam partialis huius Sacramenti, sed pertinent potius ad materiam, & intelliguntur sub nomine satisfactionis, quo nomine non intelligitur opus penale secundum se, sed opus impositum à Confessario, & prout sic impositum dictum materia partialis in hoc Sacramento, forma vero est sola absolutione, quae informat omnes partes materiae.

Dices, verba absolutionis nihil significare de satisfactione, sed de culpis: verba autem, quibus imponitur penitentia determinant opus satisfactionis ad hoc vt sit opus sacramentale. Ergo haec potius verba, quam absolutione erunt forma respectu satisfactionis.

Respondeo, opera satisfactionis explicari, & determinari per verba, quibus imponitur à sacerdoti, & per verba absolutionis, sed valde diuerso modo: nā per priora explicantur solum in ratione obligationis, quia illa verba solum dicunt penitentem obligari à confessario ad talia operacionem dicunt autem, illa opera liberare ex opere operato à reatu temporali: per posteriora autem verba absolutionis declaratur magis haec efficacia satisfactionis, quia dum Sacerdos vrens potestate sibi tradita, dicit, se absoluere & liberare penitentem quantum potest, eo ipso ostendit, se liberare cum non solum à reatu culpa, sed etiam à reatu penitentis quantum virtute sacramenti potest mediis operibus satista-

satisfactoriis impositis; quae illa verba sunt, quae determinant opera satisfactoria imposta, & explicant illorum efficaciam in ordine ad causfaciendum ex opere operato. Verba ergo, quibus illa opera praecipiuntur, sunt quasi forma operis imposta in ratione obligatorij: eadem autem opera cum illis verbis, quibus praecipiuntur: hoc est opus obligatorium ex praeceto Confessorij, est rursus materia in ordine ad formam absolutionis, quae est illius forma in ratione operis satisfactorij, ex opere operato. Et quoniam Sacramentum, ut Sacramentum magis denotat efficaciam, & significacionem gratiae, & sanctitatis, quam obligationis. Hinc est, quod magis dicitur forma satisfactionis illa, qua determinatur in ratione causantis, & significantis expiationem: quam illa qua determinatur in ratione obligatoria.

Dices iterum, sc̄tētia est forma respectu exequitionis sc̄tētiae: ergo impositio p̄nitētiae, quae est sententia iudicis, est potius forma respectu satisfactionis.

Respondeo iuxta supradicta sententiam obligatorem esse formam executionis sententiae in ratione obligatoria: non vero in ratione afferentis ex opere operato aliquam sanctificationem vel liberationem, vel commutationem ipsius p̄tētiae: hanc enim significacionem potius habet satisfactione ab absolutione, per quam liberatur p̄nitētis ab alio reatu p̄tētiae, qua absolutione est etiam sententia, immo principalior, per quam iudex absoluere vult a reatu p̄tētiae, committing illam in opere imposta.

Probanda nunc est iam secunda pars conclusio-
nis posita: quod sc̄ilicet satisfactione non sit pars es-
sentialis, sed solum integralis huius Sacramenti;
quod probatur primò quia remissio peccati non da-
tur absque contritione, nisi per Sacramentum in re-
fusceptum, sed sine contritione, & cum sola attritione
datur remissio peccati ei, qui cōfiteatur, & absolu-
tur, licet postea p̄nitētiam non impleat, vel propter obliuionem, vel propter aliam causam;
remissio enim peccati praecedens non penderet ab eo
quod postea futurum est, ergo ante satisfactionem
habetur Sacramentum in re, licet non omnino in-
tegrum, & perfectum.

Secundo: si satisfactione esset de essentia Sacra-
menti, nunquam posset dari essentia Sacramenti
sine illa parte. Consequens autem est falsum,
quia sepe id potest contingere, ut quando peni-
tētis nullam prorsus potest implere p̄nitētiam,
quia nimur post confessionem amissi vñsum
rationis, aut selenum; ut dicitur in cap. ab infirmis
26 q.7. Deinde si constaret Sacerdoti peccatum es-
se dimissum, quoad totam p̄tētiam per feruētū
contritionem, quam p̄nitētis habet, tunc
non poteret imponere p̄nitētiam, ut do-
cet Caet. in summa verbo *satisfactione*. & alijs com-
muniter.

Tertius probatur, quia si satisfactione esset pars es-
sentialis Sacramenti, deberet p̄nitētis implere
p̄nitētiam in statu gracie, vel cum attritione soli-
ne Sacramentum frustraretur suo effectu; que-
tamen obligatio est contra communem praxim. No-
ergo est pars essentialis, sed solum integralis, que
cum aliis integrat totam materiam completem hu-
ius Sacramenti.

Aduerte item, has partes appellari apud Concilia
non simpliciter materiam, sed quasi materiam,
eo quod in aliis Sacramentis materia sit aliquid
permanens & substantiale, ut aqua, oleum, &c. Et
hoc videtur magis sonare nomen *materia*, cum in
composito naturali, & in artificiali etiam materia
semper sit aliqua substantiar in hoc autem Sacramen-
to pro materia assignantur actiones p̄nitētis, que

sunt accidentia transiuncta. Et ideo non appellan-
tur simpliciter materia, sed quasi materia. Videatur
Vasquez in presenti dub. 2. n. 8.

SECTIO III.

*Quid importetur in recto per Sacramentum
p̄nitētiae?*

R ESTAT iam secundus sensus questionis positus
pro qua sc̄ilicet pars supponat in recto Sacra-
mentum p̄nitētiae, an pro omnibus, an pro
aliqua solum? In hoc puncto plures esse possunt
dicendi modi. Primus quod supponat in recto pro
actibus p̄nitētis, connotando in obliquo absolu-
tionem pro quo adduci possunt Alex. quæst. 60.
membr. 2. & Soto in 4. distinct. 14. quæst. 1. art. 2.
quod videtur desum ex ipso nomine *P̄nitētia*,
nam absolutione non est p̄nitētia, sed solum p̄-
nitētis dicunt ponere p̄nitētiam; an vero omnes
actus p̄nitētis dicuntur eque in recto? Aliqui dicunt
supponere pro omnibus, quod videtur etiam senten-
ce P. Vasquez in presenti dub. 2. n. 7. Alii dicunt sup-
ponere in recto pro cōfessione, & satisfactione. Alij
pro sola contritione quæ exprimitur per confessio-
nem, & perficiunt per satisfactionem.

Secundus dicendi modus est, quod hoc Sacra-
mentum supponat in recto pro actibus p̄nitētis
& absolutione, in obliquo autem cōnnotetur vi
Sacramentale, quam habet, & quae est ultima forma
Sacramenti, ut Sacramentum est, ita videntur lo-
qui Marsilius in 4. q. o. art. 1. Ledesma, & alijs, cum
quibus videtur etiam sententia Vasquez ubi supra
dicens, supponere ex æq. 10 pro materiali, & formali,
licet paulo ante dixit, hoc sacramentum esse
contritionem, confessionem, & satisfactionem, ut
sunt sub hac forma absolutionis, in quibus
verbis magis videtur cōsentire præm̄ senten-
tia.

Hunc dicendi modum probant aliqui, quia in
aliis compositis artificialibus nomen significat in
recto omnes partes materiae, licet ex illis una se ha-
beat ut forma respectu alterius; sic enim vnguen-
tū rosaceum significat dicēt oleū & roſas. In obli-
quo autem ultimā formā artificij, licet roſa e iam
in quibus est per se vñs, videantur se habere
tanquam formā respectu olei.

Sed hoc exemplum parum vrget, quia fortasse
est falsum: nam roſa significat per nomen illud
adiectivum videntur importari solum de cōnnotato,
& cum totum argumēnum sit à p̄tētis particu-
laribus non concludit. Certum enim videtur, quod
in hoc etiam Sacramento iurisdictio vel p̄tētias
confessari, non importetur in recto, sed solum in
obliquo, licet sit aliquid intrinsecē requisitum, &
non sit ultima forma Sacramenti, ut Sacramentum
est.

Alij probant secundò quia nulla vox cōnnotat in
obliquo duas formas, sed p̄tētis vocem Sacramenti p̄-
nitētiae cōnnotat in obliquo vis significandi, &
operandi, quae est ultima forma Sacramenti in ra-
tione Sacramenti, ergo absolutione non potest im-
portari de cōnnotato, sed in recto.

Hac etiam ratio supponit falsum; nam in Sacra-
mento Eucaristia importatur in obliquo, non so-
lum vis significativa, sed etiam consecratio, est enim
corpus Christi sub speciebus consecratis, & in Sa-
cramento extreme uincitio importatur etiam in
obliquo benedictio olei, est enim uincitio cum oleo
benedicto &c.

Tertius modus dicendi est, supponere in recto

P. 4. PRO